Quelle:
Copyright:

Cod. CCXVIII.

Chartac: 4. Sec: 15.

2
6.1.

1.

Sermones varii, & cætera.

1a – 407b

Codex ista tam multa, tamque varia com, plectitur, ut singulis inhærere nec temporis brevitas admittat, nec operis exigat pretium. Sunt enim quæstiones theologicæ, rotamina privata moralia, sermones de evangeliis et epistolis nonnullarum dominicarum festorumque, quorum certe aliqui Nicolao de Dinckelspühel sunt adscribendi, aliqui. Ordo omnino nullus, mutila multa, manus sæpe varia, ita ut nomen Rapularii, quod primo folio infixum legitur, rerum indiscretam confusionem satis culenter exprimat. Notata dignum nil deprehendi.

2.

Verisimiliter Jordani de Quedlinburg (Extractus)

Articuli XXXIII de passione Dni.

408a – 452a

Articuli XXXIII de passione Domini. Absque inscriptione inchoantur: "Primus articulus dominicæ passionis est pavoris et tristitiæ assumptio." Est fusa textus evangelici, qui de passione Domini agit, expositio. Finito articulo 33. qui loquitur de xti elevatione in cruce, subjungitur: "Ulterius proseguitur textum ordinem articulorum et documentorum pretermissorum causa brevitatis." et progreditur expositio usque ad Christi mortem.